



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris  
ætatis homines, doctrinam & religionem suam  
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus  
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

**Sarcerius, Erasmus**

**Francoforti, 1541**

**VD16 S 1775**

De Scandalo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29838**

## DE SCANDALO.

150

Claues Ecclesiæ disponunt ad remissionem  
culpæ, quam & remittunt, & ligant ad poe-  
nam &c.

Claues habent efficaciam ex merito Christi,  
& aliorum, qui sunt de Ecclesia.

## DE SCANDALO.

Mandatum Dei non est semper præferen-  
dum scandalum.

Iustas habent conscientiæ scandali causas,  
quando uident, quamcunque religionem labe-  
factari.

Propter uitandum scandalum, etiam impij  
doctores ferendi sunt.

Obex alicui posita, in via corporali, cui im-  
pingens disponitur ad ruinam spiritualem, di-  
citur scandalum.

Fieri potest, ut etiam iustum scandalum ori-  
atur ex operibus supererogatiis, ita ut quis  
mortaliter scandalizetur.

Sit timendum est scandalum ex opere super-  
erogationis, scandalum scilicet, quo quis scan-  
dalizatur mortaliter, tūc omissione illius operis  
est in præcepto: si autem non est timendum scandalum mortaliter, sed uenialiter, omissione illius  
operis est in consilio: admonitus autem proximus,  
ne scandalizetur, & ubi scandalizari tamē  
uult, non curandus est.

Scan

## DOCTRINA SCHOLAST.

Scandalum est dictum uel minus rectū præbēns alijs occasionem ruinæ.

Omne scandalum actiū dantis est peccatū.

Scandalum actiū per se, id est, intentum, est speciale peccatum, non autem per accidens.

Scandalum actiū intentum, est specialiter peccatum formaliter, ex parte finis, & habitus imperantis, scilicet alijs, non autem ex parte obiecti, & habituum elicientium, nec etiā scandalum non intentum.

Vtruncq; scandalum & actiū & passiū est aliquando ueniale, & aliquando mortale.

Scandalum actiū est grauius peccatū, q̄ passiū.

Scandalum actiū uel passiū non conuenit perfectis, nisi de ueniali, sed imperfectis etiam de mortali.

## DE VITA AETERNA, seu beatitudine, item de resurrectione.

Vitæ æternæ gaudia non solum spiritualia, sed & corporalia erunt.

Vita æterna est merces debita pro nostris meritis.

Ad uitā æternā patet aditus expurgatorio. Scriptum est: Si uis ad uitam ingredi, seruanda-